

Π n
614

X 2122346

DE
STATURA
CAROLI
MAGNI, IMP.

ΦΙΛΗΘΟΝΙΣΤΕ

Vir Illustr.

MARQVARD FREHERUS.

Patr. Aug. Vindel. J.C.

Serenissimo VII. Viro Comiti Palatino
à Consiliis, quondam, & Dicasterii
Electoral. Pro-Judex.



8.16



Illustriss.^{mo} ac Magnanimo
Heroi

D.° D.°

FRANC, - ANTONIO

S. R. I. Comiti

DE

S P O R K;

Herculi

Mufagctæ

alteri;

Excellentem Virtutem Ejus

Veneraturus;

Volitantem Schedam hanc,

(quâ dispositissimum Corpus, ceu Cistâ Sacrâ, in omne Ævum,
per Orbem Universum Ferri dignum:)

ab Oblivione ac interitu dum vindicare, fugientem retrahere,
hinc refricare memoriam Divinissimi VIRI discupit,

humillimi Officii vicem,

primitus tum

in Obtutum sistit,

Mittit, Offert,


S.

recens

Editor.



UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK SACHSEN-ANHALT



UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK SACHSEN-ANHALT





Lactan-
tius, lib. 1.
cap. 9.

I digna res speculatione & cura habita *Pythagoræ*, summo Philosopho, *Celsitatem Herculani Corporis* è *Plantæ* eius indicio indagare, ut *Plutarchus* & *Gellius* tradiderunt; cur non & de *Celtico Hercule* idem inquirere nobis precium operæ videatur? Ita enim vocare liceat illum omnis *Germaniæ Galliæq;* Dominum, & *Multarum ferocissimarum Gentium* non tam domitorem quàm pacatorem, emollitorem & *Institutorem*: cui *tertio*, à *Pompeio* et *Constantino*, *MAGNI* cognomen res gestæ pepererunt. ut quem admodum veterum aliquis *Herculem* velut *AFRICANVM*, *Quendam*, inter Deos habitum, eleganter ludit; ita nos *Martem* ipsum, velut *CAROLVM* quendam, inter *Superos* fuisse, dicere possimus. Et hunc quidem cùm oris quadam eximia dignitate, & quod *Euripides* vocat — *Εἶδος ἄξιον Τυραννίδος*, tum inprimis non vulgari Corporis staturâ & proceritate fuisse, non magis vulgò creditum, quàm etiam Consensu à *Scriptoribus* traditum videmus: & quum omnia in eo magna fuerint, neque hoc ornamentum ei defuisse, satis credibile videtur. Non tamen ut prodigiôsæ altitudinis Longurionem

biup

nem aliquem nobis fingamus, ceu *Goliathem* Philistæum, aut *Maximum* Thracem; sed *heroicæ* staturæ Virum principem, in bellace populo *Francorum*: Qualis olim, inter *Danaum* primos,

— præstanti corpore, *Turnus*,

Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est:

1. Reg. c. 9. *Unctus Domini, ab humero & sursum eminens super omnem populum.* Huic enim noster

NOVVS DAVID, ab Eruditis *Davidi* assimilatus, hac quidem parte conferri poterit. Nominatim verò

Alcuino, *Eginhardus*, qui non tantum *Σύγχερονος* sed insuper ejus alumnus & domesticus *Scriba* fuit,

& *Θεσπτήριον* ei persolvit, vitam defuncti describendo immortalem reddens, testis ut *Αυτόπτης* ita *Αξιόπιστος* sic refert: Corpore fuit amplo atque robusto, staturâ eminenti; quæ tamen justam non excederet: nam *Septem* suorum *Pedum* proceritatem, ejus constat habuisse *Figuram*. Qui

Ex eo *Gellius*, Lib. III. c. 10. *Et Solinus*, ex *Plinio*, Lib. VII. cap. 16. quidem summus est modus adolescendi *Humani Corporis*, secundum *Varronem*. Sed quia *pedum suorum* ait, non *Romanorum* aut *Græcorum*, nihil hinc *Certi* confici potest.

Veget. 1. cap. 5. *L. 3. C. Th.* de *Tyron.* *Cujac.* XXI. *Observ.* 5. Hoc cogitemus intereâ, si publicâ lege in castris & delectu habendo, *Romani* justam staturam legendi *Tyronis* militisque tenuerunt *Quinque pedes* cum *Septem unciis* vsualibus; & hoc servatum fuit in brevitate (ut *Vegetius* alibi loquitur;) *Romana*: quid *Officina illa Gentium*,

Et stupefacta suos inter Germania partus,

quid

quid Gothia, quid Francia, & Burgundia,
 (Cujus alumnos Septipedes Sidonius ali-
 quoties facit:) producere potuerit, quid
 de eis non credere debeamus, quid de
 REGE eorum, eoque, cognomento *Magno*? ut
 ut hoc *Ævo* mirum nimiumque videri alicui
 possit, quo
Terra malos homines nunc educat atque Pusillos.

Sed ad rem. Habuisse CAROLVM no-
 strum *Virgam auream*, *Staturæ suæ certissimum*
modum, testis est *Sangallensis* quidam *Mo-*
nachus, ævo paulo posterior; sed qui sua
 è relatu *Adalberti* cujusdam, (qui *Hunico Sa-*
xonicoque & Slavico CAROLI Bello interfue-
 rit,) ejusque filii, *Werenberti*, Sacerdotis,
 hausisse se profitetur. Is inter alia refert,
 eò ambitionis *primarium* quendam Germa-
 niæ *Episcopum* venisse, ut *Virgam auream In-*
comparabilis CAROLI, quam AD STATVM
 suum fieri jussit, diebus feriatis, vice *Baculi*
ferendam, ille pro *Episcopali Ferula* improbus
ambiret. Quo loco ante omnia notari
 velim, ad *Statum suum* nihil esse aliud, quàm
 ad *STATURAM* suam. Ita enim & *alius Scri-*
ptor Francicus, duobus locis, loquitur:
Gregorius, inquam; *Turonens.* lib. iv. cap. 24.
Celsum, Virum procerum statu, in scapulis va-
lidum, lacerto robustum. Et *Fredegarius*, si-
 ve quisquis est ejus *Continuator*, cap. 51.
Ille hæc audiens, ad Gundebergam secretiùs ait:
Formam statûs mei laudare dignata es. Dixerat

Lib. 1.
c. 19.

) 2

enim

enim illa ibidem: *Honestâ staturâ* Adalulfum
fuisse formatum. Quæ sufficient. Deinde
 observatu dignum fuerit, (*Σηπτούχης* Reges,
 ejus temporis, non *brevia* velutiq̃ue Co-
 mica (ut ita dicam;) *Sceptra* manibus
 verfasse; sed *prælonga* & sibi ipsis plerun-
 que ferè *paria*, & *Hastis* quàm scipionibus
 aut *Sceptris* similia traxisse: Qualem *qui-*
rin *Quirinus* vibraffe legitur; Qualis in ma-
 nibus *Antoninorum* Cæsarum aliorumq̃ue
 conspicitur; Qualem *Othoni* tertio, Imp.
 gestatam, in *Sigillo* ejus conspicio: Qualem
 denique varia in *Nummis* *Numina*, *Divi*
*Divæ*q̃ue, pro *Divinitatis* signo, & ipse adeò
 Olympi rector, *Stator* *Vindex*q̃ue *Jupiter*,
 ostentare solet. Talem igitur & CAROLUS,

Apud Ant.
 Augustin.
 passim.

EXCURSUS.

Majestate depositâ, *Augustalibus Sacris*,
Hastilibus hujusmodi, Di atque *Heroës*,
 in Incessu Publico, gressum moderabantur.
Sceptrum igitur ac *Hastile* immane Diffe-
 runt. *Sceptrum* autem, *Ensem*, quo præ-
 cinctus fuerat *Augustissimus Ille*, *Globum*
 item, Imperii Insigne, *Urbe Imperiali* quâ-
 dam *Nobilissimâ*, in *Depositum* asservata,
 ea Cuncta Visuris rimanda commodè, *Sa-*
cello, super *Thensa*, exponuntur à *Viris*
Primariis, ibidem, *Senatorii Ordinis*. In
 horumce *Sacrorum Epopiam* quendam,
 ob prælustria ejus in Rempublicam æquè
 ac *Orbem Literarium* Merita, Diviniorem
 quoque *Poëtandi* Facultatem, *Editor*, se-
 quenti nuper *Carmine*, prolusit; sicut &
J. Remus, Spectatissimus, tum temporis,
Istheic, *Consiliarius*, in *Autorem* hujus
Scripti, tum quid. cum in *MOSELLAM*
Ausonii doctissimum ac suavissimum
 istum *Commentarium* publicè ederet, *Epi-*
grammate: Quæ non abs ratione huc revo-
 cavimus. Videtur namque *Cœlestis Istor*.
 Ingenii concelebrationem *sacratiori* loco
 (primori utut non nisi literâ *Alterius* gra-
 tissimo *Nomine* signato;) fieri haud qui-
 dem potuisse à quoquam.

NUPRR

Auream, CUBITUM heic dictam, Festis diebus, solemniter gestavit: quam ipsam ideò *Episcopus* ille pro Episcopali ferula, hoc est, *Pedo pastorali*, *Cambota*, utpote nihilo breviorē neque minùs sibi aptam, usurpare, absente Rege, improbiusculè affectavit.

EXCURSUS.

Staturam, Dis Immortalibus æqualem, *Cubitis* emetiri usque licebit. Sed Quis *Vastitatem Animi*, *Felicitatem Temporum* istorum, Scripto exprimet, Quis *Computum* ii ibit *Infinitor*. propè ac *Divinorum* *Ejus Operum*? Abhinc, & olim quamvis amissi ac pœnè *Obliterati*,

Quis Desiderio sit pudor aut modus

tam Chari Capitis; Præcipe lugubres

Cantus, *Melpomene!* Cui liquidam *Pater*

Vocem cum Cytharâ dedit.

Usquam ne *Alter* iterum erit, (utique, jam modò *Est*; ab *Ortu* in *Occasum* *Imperantis* *CÆSARIS AUGUSTI Nostri* *Potestatem* *Armarum* ac *Vim Ingenii* *Cœlestis* si respicias:) Unquam ne *Nancisci* dabitur *Principem* adeò *Pium*, *Beneficum*, *Humanum*, *Liberalem*, inaudicâ *Æquitate*, summâ *Iustitiâ*, singulari *Fide*, divinâ *Sapientiâ*; adeò præterea omni genere *Studiorum* *Eruditum*? Ut mihi interdum de *Eo* cogitanti non tam *Unus* *Homo* *Literatus* *Imperans* quàm *Literæ* *Ipsæ* omnesque *bonæ Artes* in *Uno* *Mortali* *Regnum* obtinuisse videantur.

Sed quid hæc tam Multa? quid ad nos, dices, quid ad *Rem*? Audi, mi *Lector*, & crede non vana *Referenti*. Superest enim inter *Alia*, quæ ex *eius* *Supellectili* (verè ita dictâ; quia *Castrense Instrumentum*, & sub pellibus usurpatum fuisse, ipso adspectu apparet: inter quæ & *Sella plicatilis* *ferrea*, opere *Musivo* laborata. cujusmodi & olim *Cæsaribus* de *Suggestu* ad *Milites* *allocutionem* habentibus, in *fessam*, in *Nummis* observamus.) supersunt, & penitissimis *Cimeliarcheis* *Palatinis* religiosè asservatur, talis quoque sive *Baculus* sive *Hasta*; non ille quidem è *rutilanti* metallo, de quo paulo antè dictum; sed de *sequiori* alio

at quod *Marti* magis amicum, sive cufus
sive fufus, mediocris *Digit*i spiffitudine;
Literas hafce *Argento puro* nitiffimè in-
fcriptas habens; idque *Charactere* om-
ninò *ejus Ævi*; qui *Eruditis* non est igno-
tus:

KARLVS IMPR. IVSSIT CVBITV
ISTV FACERE IVXTA MENSU-
RAM SVAM: *Charactere* (inquam;)

Ævi Francici & Carolini; qui, quantum à *Ro-
manorum* veteri elegantiffimo degenera-
vit, tantâ fequentium *Sæculorum*, quibus
Monachi & Clerici foli fcribebant, rudita-
te ac ineptiâ melior tolerabiliorque vide-
tur. Cum quo & *Orthographia* five *Scri-
bendi* ratio concurrit, in *ejus Ævi Mem-
branis & Nummis* obfervanda: KARLVS.
item, IMPR. et phrafis illa, FACERE IVS-
SIT; apud *Sangallensem*, *Fieri Juffit*.
Sed quid CVBITVM effe dicam? diver-
fum utique ab eo fenfu, quo *Plautus*, *Cubi-
tum-longas Literas* dicit, quæ *Cubitales*, Aliis.
Quid nifi verbo *ejus Ævi*, utut malè pro-
prio, *Menfuræ* non tam *Genus* quàm *Influ-
mentum*, *Cannam* feu *Decempedam*? Id
quod me hafcenùs, nullo adhuc *Auctoris*
idonei loco deprehenfo, folus docet *Papias*,
Lexico; inquiens: CVBITVS, *Pedem & dimi-
dium*, *Cubitus Geometralis*, *sex* nostros habet *Cu-
bitos*. quod forent *Novem pedes*, artificiales ni-
mirum. At CAROLVS, *Septempedam* (ita
dicere

dicere liceat;) suam, Staturæ suæ *modum*,
Cubitum, nihilominus hic vocari voluit.
 Quod fit eâdem formâ, quâ *Vlnam** hodieq; * *Aulne*,
 diversis linguis, dicimus, pro ipso *bacillo* *Elen.*
 & *perticâ* mensurali, magis quàm *genere*
mensuræ; quæ multum pro *Locis* variare
 solet, & aliquot unciis plusve minusve
 continet.

Supereft ut *Pedis* ipsius *Carolini* modu-
 lum statuamus, haud paullo certiore ratio-
 cinatione quàm illâ *Pythagoræ*. Ille enim
 ex *Herculis* *Pede* *Corpus* sibi imaginatus
 est: nos ex *Corporis* certa mensura, *Pedum*-
 que certo *numero*, *Unum* facile metiemur,
Cubito isto in *septem* æquales *partes* diviso.
 Quod fecimus accuratè: & id mensuræ de-
 legimus, cui scripturam ipsam incideremus;
 quæ aliàs in ipso *Cubito* *duos* ferè eiusmodi
pedes implet. Atque hæc observatio non du-
 biis (ut videtur;) argumentis innixa, pudor-
 em etiam imponet turpiculo *Fabulatori*,
Turpini, *Remensis* *Episcopi* nomine, *Clari-*
gato; qui velut id negotii sibi datum
 ratus ut vel *Antæum* vel *Typhonem* aut
Cyclopum aliquem nobis describeret, inter
 alia omnia portentosa neque in *numero* *Pe-*
dum neque *quantitate* modum tenere po-
 tis, *Statura* eius, inquit; erat in longitu-
 dine octo *pedum* suorum, scilicet qui erant lon-
 gissimi. Iste enim *Carolinus* nihil adeò in-
 solens, vastum, extraordinarium habet:
 sed omninò ei respondet, quem *medium* in-
 ter *Romanum* ordinarium & *Barbaricum*
 quendam maiorem, postremorum tempo-
 rum,

SEMIS PEDIS CAROLINI, VNIVS E SEPTEM.

De Gest.
 CAR. M.
 cap. 20.


fol. H 58.
59.

De Aſſe. fol.
8.

Rerum
Ang. Vind.
Lib. IV.
fol. 70.

rum, (ut ait;) creditum, nobis ob oculos po-
ſuit, qui hoc argumentum ex profeſſo tra-
ctavit Vir eruditiffimus, Lucas *Pætuſ*, I. C.
Romanus: atque adeo ad unguem conve-
nit cum pede *Auguſtano*, quem ipſum Leon-
ardus à *Portis* ſcripſit, merè Romanum eſſe;
cuiuſque ſchema extat apud *Glareanum* &
Welſerum.

Quæ res facit, ut neq; de *barba CAROLI*,
palmi ſcilicet longitudine, eidem *Turpino*
temerè fidem habendã putem: cum quidem
Eginhardus, paulo locupletior teſtis, qui
Corpus, *ſtaturam*, *apicem Capitis*, *oculos*, *na-
ſum*, *caniciem*, *faciem*, *cervicem*, *ventrem*,
pedes, *inceſſum*, *vocem CAROLI*, accuratè
deſcribit, *Barba* nullam mentionem faciat,
non omittendæ, ſi quã vel laude vel notã
digna fuiſſet. Et hac etiam parte non poſſum
diſſentire à ſummo viro, neq; ſolùm in *Augu-
ſtana Republica*, ſed in omni Regno *Literario*
ſummo & eminentiſſimo. (quod *Elogium* pro
Nomine eſſe poteſt;) qui de hac re ita ad me
nuper ſcripſit: *Ego plurimorum præjudicia non*
veritus, in ea ſum hæreſi, CAROLUM barbã non
paſſiſſe; ſaltem prolixam illam, qua plerumque
exornatur, ad eum nihil pertinere. Certè Egin-
hardus, ejus non meminit: et eſt apud me Moneta
Carolina, vetus, niſi fallor; cujuſ eſtypon mitto,
puro mento. Non nego fieri potuiſſe, ut interdum
Tonſoris negligentia mētum & labra pili non nihil
inumbrarent: hac enim ſpecie Romæ in muſivo
opere illiuſ ætatiſ conſpicitur. Sed prolixam
& ſquallidam barbã abominor.



no.

NUPER Inexhausto quum fors Langveret Olympo
 DIVA, Deum Genitrix, fulgida Vita, Salus,
 Cum quia nec fumant Altaria Laudis Adore,
 Tum quod & Imperii deperit omnis honos;
 Nec magnum superest Isti sanè haud decus ullum
 florida quodque Aetas ambitione colat,
 quodve DEAM versis animis ac Corde levaret
 Aethere sub vasto tum vel in Axe Poli:
 Juno, suave-rubens, celeri pede transigit Aetha;
 Convocat & Turmas ac Genus omne legit.
 Ferte citi Sortes! ajens: Succurrite Fessae!
 Ne mihi cum Coetu tristior Aula fiet.
 Turbam inter Divum, Zelans Epidaurius Heros
 venit in Auxilium; Consilia Arte ferens. (molle
 Nec quidquam verò Factum est. VENUS Aurea
 Risit, amoenè amens, irrita facta Senis.
 Jupiter, ex alto, Curarum pondere pressus,
 dum à Ponto in Terris prospicit omne Solum,
 Viderat Hercyniis Campis fluitantia Serta,
 Serta, reperta usquam quae sibi Quisque legat:
 His fuit Intextum, cum Cyrso, Myrthus, Iozmin;
 ac si qua Herba alio est gratior ulla loco:
 fors an, quae Miseris doctè miscentur Odores,
 quirent & Divos flore juvare suo.
 Protinus Auroram, Verbis, Hominumque Deum Rex,
 alloquitur blandis; Haecque suo ore tulit:
 Vade, age; nec Cessa: rapidoque in Turbine versans,
 Hoc tibi quod Signo, Hoc, ad mea Tecta refer!
 Sertum, quod Sylvas Tempèque per ampla vagando,
 legerat in pando docta Thalia sinu;
 Sertum, quod cultâ F. . . depexerat Arte,
 Mobilibus Numeris; Calliopesque Soror:
 F. . . , Fulgentis latè pia Cura Senatûs;
 Chara Deum Soboles: Saecula Hominum Superans.
 Labitur de Caelo, Prendens; ac ocyùs Auras
 impulit, atque Alis sustulit Alma suis.
 Hinc DEA quum inplacidis Oris relevata Dolore est,
 Plausit, eb! ad Numeros Cypria & ipsa suos:
 Quoq; magis Claro Hocce ARIADNES Fulguret Astro
 Gnata memor Dulci Supplicat ista Patri.
 Sic, Quod tum Multis fuerat Laus, Deliciumque,
 Annis, non ullâ disperitura die, (res,
 Postquam aptum est latè Divinae Frontis hono-
 momento ex illo, Rarior Orbe fuit.

SI PIETAS, *Virtus, Probitas, Prælustrior* Ortus,
 quæque *Alia* in Terris Condecorant Hominem,
 Summâ in Laude etiamnum sunt *Hodie* prout *Olim*
 Concelebrabantur undique & undique *Avis*;
 Non magis Suffragium Populi meruisse fatendum est
 Quemquam quàm F . . . , Dotibus hisce *Deum*.
 Credendum omninò est, *Rectum* si noscitur *Ufu*,
 cum *Isthoc* haud Ullus Cognitor esse velit.
 Mirari quòd si lubet *Ingens Instar* in *Hocce*;
 Majestate Oris Ditiore Alter erit?
Formæ quippe *decus* Spectabilis *Ingeniis*,
 Id non *mortalis* Corporis esse putes.
 Scandentes si quis cernat de Vallibus *Arces*;
Ingenio Muros æstimet ille suo.
 Certè si Certes, non *Illi* Pectore *Quisquam*
 Pectoris humani se Anteculisse queat.
Horarum Manibus, Sacris Lustrariæ Undis
 quòd si Contingat, Mactus *Is* antè abeat.
 Tum si quisquam *Animæ Sanctæ* Penetral rimetur,
 non quidquam *Humane Sortis* inesse ferat.
 Et Dubitamus adhuc quòd *DI* versentur in Orbe?
 Qui, Quantus quantus, *Mens* nisi pura cluit
 Innumeris Annis, *Juvenis*, qui evehctus *Ætatem* est;
 Excultus Gravibus Moribus usque suis:
 Prudensque imprimis *Primævis* Canuit *Annis*;
Vidurus, *Sæclis* Innumerabilibus.

FELIX! *Terrenum*, qui, *Heroum* Immixte *Coronis*,
 à JOVE Demissus, *Volvis* apud *Superos*:

FELIX Sorte tuâ! Quem non *Vis* lurida *Lethi*,
 non, *Immortalem*, extinxerit ulla *Dies*.




DONA *Hominum Generi* *Augustissima*, *Coeli*-
 potens *Rex*,

Immortalem *APETHN* dedit, & *Sudore* paran-
 dam,

Doctrinam, ac *Peithæ*: *Tribus* his, *MAR-*
QUARDE, *Potitus*,

Ævo *Præluxti* nostro, *velut* *Ætherius*
SOL.



Πη
614

X 2122346

DE
STATUT
CARO
MAGNI,

ΦΙΑΡΘΟΝΙ

Vir Illustr.

MARQVARD F.

Patr. Aug. Vindel.

Serenissimo VII. Viro C
à Consiliis, quondam,
Electoral. Pro-



2.16

